

feturam pecorum; cf. Festus p. 467: in pecoribus bonus proventus futurae bona natio dicitur (Mo.). — 2) De fileia forma cf. I. Schmidt Herm. l. c. p. 434 not. 3. Iovis filia Fortuna Primigenia praeterea non dicitur nisi in N. 3685 ut videtur. — 3) PRIMO-ŒNIA aes.

3685 Fortunae | Iovis puero¹ | Primigeniae | d. d. | ex sorte compoſ | factus | Nothus Ruficanae | L. f. Plotillae.

Praeneste (XIV 2862 cf. p. 494 quater descripta saec. XVI/XVII). — 1) Sic traditur. Pueri vocabulum feminino sensu adhibitum putat Mommsen, citans Charisium qui tradit apud antiquos id ita in usu fuisse, ut apud Graecos ὁ παῖς et ἡ παῖς, et ipsam Fortunam dici Iovis puerum, i. e. filiam (Mommsen Herm. 49, 454).

3686 Fortunae | Iovi¹ puero | ex testamento | Treboniae | Symphe-
rusae | P. Annius Herma | heres. | L. d. d. d.

Praeneste (XIV 2868 septies descripta saec. XVI/XVII). — 1) Iovis unum ex septem apographis.

3687 Fortun. Primig. | signum Aequitatis Nigrinia | Auxesis cum | Felice Aug. lib. et | suis d. d. d. d.

3688 Fortunae | Primigeniae | Ti. Claudius | Thermodon et | Mettia M. f. | Lochias eius | simulacula duo | Spei | corolitica¹ d. d.

Praeneste (XIV 2860. 2853 saepius descriptae saec. XVI). — 1) Corolitica videntur dici signa ex marmore corolitico (Plin. h. n. 36, 62).

3687 L. Sariolenus | Naevius Fastus | Consularis¹, | ut Triviam in Iunonario, | ut in pronao aedis | statuam² Antonini August. | Apollinis Isityches³ (sic) Spei, | ita et hanc Minervam | Fortunae Primigeniae | dono dedit | cum ara.

Praeneste (XIV 2867 vidi). — 1) Fastus Consularis cognomen reperitur etiam in alia Praenestina XIV 2921. — 2) Requiritur: statuas. — 3) Numen videtur conflatum ex Iside et Fortuna. (Etiam in titulo Delio aetatis Romanae Bull. de corr. hellén. 6, 4882 p. 339 n. 43 memoratur Ἰσις Τίχη Πρωτογενεία.)

3688 Fortúnæ | Primigeniae | ex voto | D. Poblicius | Comicus | manceps aedis | per annos XIII, | Poblicia Quinta f., | Fresidia Palmyris uxör. | Cellareis¹ | Amoeno, Dionysio, | Lino.

Praeneste (XIV 2864 vidi). — 1) Significari, titulum positum esse cum celarii essent servi tres Amoenus, Dionysius, Linus, putat Henzen.

3689 Fortunae sanctae | Atinia Tyrannis | seminaria a porta | triumphale¹, | P. Terentius Fortunatus | vir carissimus, | cui gratias maximas | semper egi², | cum | Terentia Faustina | filia | donum dedit. | L. d. d. d.

Praeneste (XIV 2850 descr. Smetius aliique). — 1) Videtur intellegi porta quae dicebatur triumphalis urbis Romae (Iordan Top. I 4 p. 240 n. 76). — 2) Matri mentionem postea intrusam esse appetat.

3696 (modii duo spicis repleti; spicarum manipuli duo)
tu, quae Tarpeio coleris vicina Tonanti¹,
votorum vindex semper, Fortuna, meorum,